lectus est nummus musei Wiczay, apud Cohen² Sept. Sev. 573). — 3) Imperator undecimum Severus appellatus est a. 198 (cf. infra N. 443), consul tertium processit a. 202; unde tempus tituli positi definitur.

---

422 i[*mp. Caes. di*]vi Antoni[*ni Pii Germanici Sar*|*matici fili*]o, di[*vi*] Commodi fratri, M.[1] Antonini Pii [*nepoti, divi Hadriani pron.*], | divi Traiani Parthici et divi Ner[*vae ab*]nepoti[2], [*L. Septimio*] Sev[*e*]ro Pio Pertinaci Augusto Adiabenico[3] maximo, po|tifici maximo, tribouniciai po. to[4] VI[5], patri patriai, | et imperator. Caisar. L. Septimi[*i*] Sever[*i*[6] *P*]ii Pertinacis | Part. Aug.[7] max. f., M.[1] Antonini Pii Germanici Sarmatici | nepoti, divi Antonini nepoti[8], divi Adriani et divi Traiani | et divi Nerov.[9], M. Aurelio Antonino Augusto, tribounicia p[*otestate*], | et L. Sep[*timio Getae nobilissimo Caesari*[10]], milia erexit Seb. Papos[11], [*s*]acra m[*etropolis*] | cibitatioum Cypri, per Audioum Bassoum procos. | provinc[*iae*][12] Cypri, an. VII[13]. *Deinde eadem Graece.*

In insula Cypro, columna miliaria (III 218, descr. Waddington). Titulus manifesto scriptus a quadratario elementorum Latinorum ignaro, unde praeter alia menda, interdum adest H *pro* E *et* Y *pro* V. — 1) *Vocabulum* divi *omissum, mera neglegentia, ut ostendit versio Graeca.* — 2) *Complexus est qui titulum dictavit abnepotis vocabulo gradus stirpis quartum et quintum, in Caracallae stemmate etiam sextum (similiter III 211). Similiter Graece Severus dicitur θεοῦ Τραιανοῦ Παρθικοῦ καὶ θεοῦ Νερούα ἀπόγονος, Caracalla θεοῦ Ἀδριανοῦ καὶ θεοῦ Τραιανοῦ Παρθικοῦ καὶ θεοῦ Νερούα ἀπόγονος (cf. quae attuli Bull. dell' Inst. 1880 p. 205 not. 1).* — 3) *Debuit esse* Arabico Adiabenico Parthico. — 4) to *fortasse ortum ex Graeco τὸ ς′.* — 5) *A. 198 (cf. not. 13). Graeca versio hoc loco recte inserit αὐτοκράτορι τὸ ιά ὑπάτῳ τὸ β′.* — 6) Septimio Severo *lapis.* — 7) *Requiritur* Aug. Arab. Adiab. Parth. — 8) *Scr.* pronepoti. — 9) *Ins.* abnepoti *(cf. not. 2).* — 10) *Haec erasa fuerunt sine dubio.* — 11) *Σε(βαστὴ) Κλ(αυδία) Φλ(αουία) [Πά]φος versio Graeca.* — 12) provin. cyr. *lapis.* — 13) an. IVII *lapis (ἔτους ζ versio Graeca). Intellegendus annus imp. Severi secundum rationem Alexandrinam septimus, qui coepit d. 29 Aug. a. 198 itaque recte respondet tribuniciae potestati sextae (Mo.).*

Epistulae Severi et Caracallae de immunitate Tyranorum, a. 201.

423 . . . . [*Misimus tibi epistulam ad Heraclitum, unde intelleges, quid statuerimus de immunitate, quam Tyrani sibi concessam esse contendunt.*[1] *Quam licet admittere non soleamus nisi* | *privile*]gii auct[*oritate perpensa et origine immu*]|nitatis inspecta, quod usurp[*atum esse diu qua*]|qua ratione videbatur, cum iusta [*moderati*]one servavimus, ut neque ipsi cons[*uetudi*]ne diuturna pellerentur, et in poste[*rum*] | decreta civium adsumendorum consil[*iis*] | praesidis provinciae c(larissimi) v(iri) perpenderentu[*r*]. |

Exemplum epistulae ad Heraclitum.

archive.org